Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38173
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



44

Cap. 3.

notandū est quia septē sunt peccata ade. Et ideo totidem sic aliqui describunt subsecutę sunt maledictiones. Primū peccatū supbia. quia dilexit eē in sua peccata potestate. plus quā dī. Secundū sacrilegiū quia dō ñ credidit. tertiū homicidiū quia semē ipsū peccando occidit. Quartū fornicationē spiritalē habuit quia inte gritatem mentis corrupit. Quintū furtū quia cibū phibitū attigit. Sextū auaritia quia plus quā debuit appetiuit. Septimū gulae quia uetitū fructū comedit. quāquā. vii. sint uitia. Et ideo septē poenę subsecutae sunt. Prima maledictione terrae eius. Secunda eiectio de paradyso. Tertia adueniens intrā uilem. Quarta mors filii. Quinta labor. Sexta mors corporis. Septima descensio eius in infernū. Et quia septies peccauit. septem uindictas recepit. Sed hic placet inquirere quare angelicū peccatū silentio in hoc libro abscondituū ē. et hominis pate factū. et cur sūmi angeli scelus insanabile fuit et hominis sanabile. nisi quia angelicū uulnus dī non pdestinauit curare. hominis uero sanare pdestinauit. Et quia angelus sui sceleris inuentor fuit. homo uero alterius fraude seductus. Item quanto sublimior angelus in gloria tanto maior in ruina. Homo uero